ERASMI STELLÆ LIBANOTHANI GEMMARVM libellus unicus.

De Gemmis Candidis.

ADamas gēma cādidi coloris trāſlucida maximū in rebus humanis, nō ſolum inter gemmas precium ſemper habuit, diu nō niſi regibus, & ijs admodū paucis, cognitus. Vnus enim eſt, qui in auro naſcit᷑, attamen perq̄ raro auri comes. Eius ſex ſunt genera Indicus, nō niſi in auro naſcens, ſed quadā Cryſtalli cognatiōe, cui adæque ſplendore liquidiſſimo, & in mucronem ſexāgulum utrinq; leniter turbinatus, nec ultra magnitudinē auellani nuclei repertus. Eſt & Arabicus, huic proximus, ſed minor eo, ſimiliter & in auro naſcens, cæteris pallor natalis ſedis auri ſcilicet ineſt. Indomita uis eſt utriuſq; generis Adamanti (unde & nomē inditum gemmæ) ut nec caleſcat igni, nec ferro cedat. quin magis reſpuens ictum, ut ferrum ſimul & incudes diſſiliant. Alterū genus ex eis Cenchron uocāt, quod eſt milij magnitudine. Eſt & Macedonic9 in Phi

 lippico